



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Obligationis In Forma Camerae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

in non subditum nulla est c. p. & G. de offic. & potest iud. deleg. neque conualefcit, quamvis postea rata habeatur a proprio Iudice ex glol. in c. i. in verb. rata 9. quæst. 2. Innoc. nu. 6. & Pan. nu. 19. in cap. prudentiam de offic. & potest. iud. del. quia quod nomine meo gestum non est ratum habere non possum, ut habetur in reg. ratum de reg. iur. in 6. & quia cum talis sententia ab initio nulla fuerit ex defectu iurisdictionis, non potest rata haberi, quia quod nullum est ratificari non potest l. quod ab initio ff. de reg. iur. Sayrus de Centuris lib. 1. cap. 15. num. 20. & 21. & similiter in pulchro casu id annotarunt Menoch. conf. 188. num. 7. & 8. & de arb. casu 474. numer. 14. Salzed. in addit. ad Bern. Diaz in prax. capit. 73. vers. duodecimo. & in vers. decimotertio pag. 243. videlicet quod ad hoc ut matrimonium coram alieno Sacerdote celebratum firmitatem obtineat, & is Sacerdos a pena sit immunis, licentia expressa proprii Sacerdotis procedere debet, nec tacita sufficit, nec quod postea fuerit subsecuta: unde in nostro casu, cum quis promoueri non possit ad sacros ordines absque proprii Episcopi licentia, necessario fatendum videtur illam non sufficere tacitam, nec præsumptam, sed expressam desiderari, eamque omnino præcedere debere promotionem.

Ad argumenta autem in contrarium adducta patet solutio ex Rebuff. & Salzed. vbi supra, nec aliorum dicta, nisi magna ex causa repetere, aut transcribere soleo.

PRAXIS OBLIGATIONIS IN FORMA Camerae.

RESOLVT. CCXLV.

- 1 Omnes fideiussores habent beneficium excussionis.
- 2 Obligatus in forma camerae non habet beneficium excussionis.
- 3 Obligatus medio iuramento, non potest opponere beneficium excussionis.
- 4 Obligatus in forma camerae, licet non gaudeat beneficio excussionis, tamen petere potest quod fiat excussio periculo suo contra correos, sed contra sentit Rota, num. 6.
- 5 Generalis adeptio beneficiorum, non extenditur ad ea, quæ quis postea habiturus est.
- 6 Quando duo sunt insolidum obligati pro eodem debito, etiam quod contra vnum possit deueniri ad executionem realem, & personalem, contra alterum tamen, aduersus quem non potest fieri executio realis, & personalis, non possunt relaxari censura.

An fideiussor obligatus in forma camerae habeat beneficium excussionis.

CVM textus in auth. præsentis C. de fideiussoribus generaliter loquatur, & omnibus speciebus fideiussorum tribuat beneficium excussionis, videbatur propterea dicendum quod prædicto obligato in forma camerae pariter competere, nihilominus contrarium respondendo censui, ad quam opinionem firmandam allegabam Carroc. post alios de excussione bonorum q. 5. num. 1. par. 2. Carol. de Grafs. de except. 10. except. num. 46. Pacific. de salu. interd. inspect. 2. cap. 2. num. 16. post alios quos allegat, & inspect. 3. c. 3. num. 46. in fine Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 16. nu. 8. circa finem versic. quod tamen est intelligendum, & tit. 17. num. 9. Morel. variarum resolut. lib. 2. cap. 130. num. 7. & 8. Rota Romana trium millium 18. Aprilis 1588. coram bon. me. Cardin. Blanchetto, quæ est decis. 143. num. 2. & seqq. Mediolanen. affectus 29. Martij 1596. coram bon. me. Orano, quæ est decis. 118. nu. 7.

Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

Rota Romana mutui 16. Nouembris coram Illustrissimo Lancelloto, quæ est decis. 22. num. 3. Romana fideiussionis 18. Aprilis 1608. coram eodem, & in Romana census 18. Iunii 1601. coram Illustrissimo Mellino, quæ est decis. 55. num. 4. sicut etiam obligatus medio iuramento non potest opponere hoc excussionis beneficium, ut per plurimos, quos refert Mancin. de iuram. part. 4. effect. 32. num. 1. vbi pro contraria parte plures refert ibi num. 2. quæ videtur sequenda quando iuramentum fuit simpliciter prestitum, ut latè ibi per eum, sed licet non possit fideiussor alitrius vinculo huius obligationis iuari beneficio excussionis, nihilominus petere potest quod fiat excussio, periculo suo contra correos, non obstante renunciatione, quæ fit in nostra obligatione, quoniam illa continet renunciationem omnium exceptionum competentium obligato de tempore factæ obligationis, sed hæc exceptio non competebat obligato de tempore obligationis, sed postea quando fuit decreta executio contra omnes correos insolidum obligatos, & generalis adeptio beneficiorum non extenditur ad ea, quæ postea habiturus est, ut latè per Boccac. de societat. offic. num. 56. & 57. & tradit Castrac. eodem tractat. cap. 64. numero 10. sed contrarium scilicet quod hac forma obligatus non possit petere quod excutiantur alij fideiussores, tenuit Rota in causa Mediolanen. affectus 29. Martij 1596. coram bon. me. Orano, quæ est decisio 118. num. 7. quod non habet difficultatem, vbi sunt duo rei debendi æqualiter obligati, atque coniuncti, Veral. decis. 275. par. 2. verum tamen est, quod quando duo sunt insolidum sub hac forma obligati pro eodem debito etiam quod contra vnum tantum possit deueniri ad executionem realem, & personalem, contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis, nec personalis, non possunt ad instantiam creditoris in subsidium relaxari censura, ut resoluit Sacra Congregatio Concil. Trident. interpr. quam resolutionem sequuta est Rota in dict. Mediolanen. affectus 29. Martij 1596. coram Orano.

RESOLVT. CCXLVI.

- 1 Obligatus in forma camerae, non potest opponere exceptionem declinatoriam fori, nec incompetentiæ iudicis.
- 2 Episcopus stante obligatione camerali potest procedere etiam contra laicos.
- 3 Vbi solutio tacitè, vel expressè est certo loco destinata, ibi debet reus conueniri.
- 4 Qui promisit certo loco, & tempore soluere, si ibi non inuenitur, præsumitur abesse per dolum, & potest conueniri, ac si ibidem inueniretur.
- 5 Administrator tenetur reddere rationem administrationis in loco, in quo administrauit.

Obligatus in forma camerae an possit opponere exceptionem iudicis incompetentiæ.

R Espondetur secundum Zaz. in tractatu de obligat. cameral. cuius tenor est videlicet, conuentus non potest opponere exceptionem fori declinatoriam, nec iudicis incompetentiæ. Mandos. de inhibit. quæst. 93. numer. 5. Marc. Anton. de Amatis, dict. decis. 81. dict. numer. 2. Su rd. dict. consil. 280. numer. 13. volum. 2. Carolus de Grafs. de except. 18. except. numer. 4. nec ille, qui executiuè tenetur, potest opponere exceptionem litis pendentiæ, quod idem est, ut post Gallef. quem allegat, tradit Ceual. opinion. comm. contra commun. quæst. 815. num. 26. par. 2. unde respondi dubitandum non esse, quod Episcopus stante obligatione camerali possit vigore illius procedere inter laicos

L 2 sua

suæ iurisdictioni non subiectos, quia cum obligatus sub hac forma possit ubique conveniri, ut hic, non obstat, quod forus sit Ecclesiasticus, nam in hac obligatione expressè cautetur, quod obligatus se supponit iurisdictioni omnium singularum aliarum curiarum tam secularium, quam Ecclesiasticarum ubilibet constitutarum; sed hic queritur cum obligatus in forma camerae possit ubique conveniri, an cogi possit ubique solvere, & pro parte affirmativa tenet Cæsar. Ottinell. in dicto suo consil. de retinend. indemnit. num. 74. allegat. not. in l. si conveniret, ff. de iurisd. omn. iud. ubi dicit, Doctores asserere, quod quando debitor ubique respondere debet, sicut obligatus in forma camerae, ubique etiam solvere, ac satisfacere debet, sed ego respondeo, quod ubi solutio tacite, vel expresse est certo loco destinata ibi debet conveniri, ut fuit decifum in Rota Romana, sed Cefenat. fructuum dotis 13. Iunij 1603. coram bon. mem. Litta, quæ est decif. 78. numer. 3. & 6. sed est advertendum, quod si aliquis promississet solvere in feria, vel in nundinis, aut in alio loco certo, si dicto tempore, quo promissit solvere ibi non invenitur, præsumitur per dolum abesse, & habetur pro præfente, & tanquam si ibi invenitur potest conveniri, ut post Iaf. in l. si conveniret, ff. de iud. tradit Petr. Nun. ubi supra tit. de las exceptiones, num. 9. versic. quod limita, solet etiam dubitari, an ista conclusio, quod obligatus in forma camerae potest ubique conveniri, habeat locum in administratore, qui se obligavit ad reddendas rationes sub hac forma, & sic an per istam obligationem derogetur dispositioni, l. 1. & 2. C. ubi de ratiocin. agi oportet propter clausulam in nostra obligatione contentam, quod obligatus vult posse conveniri ubique locorum, sed nihilominus per istam obligationem non censei derogatum dispositioni dd. legum, suadetur ex eo, quod semper militat ratio, in qua est fundata earum dispositio, quia in loco administrationis potest facilius, & plenius veritas inveniri, tam per testes, quam per instrumenta, & propterea firmam remanere dispositionem dd. legum scilicet quod administrator teneatur reddere rationem administrationis in loco, ubi administravit: optimè defendit Gratian. decif. Marchia 180. per totam, & præsertim num. 12.

RESOLVT. CCXLVII.

- 1 Auditor camerae est index, & exequutor obligationis cameralis etiam privative quoad omnes alios.
- 2 Auditor camerae potest procedere ad executionem guarantee privative quoad omnes.
- 3 Causa commissa in Rota, etiam cum toto negotio principali, nihilominus Auditor camerae procedit in causa obligationis cameralis.
- 4 Commissa causa nullitatis in Rota, & obtemperata inhibitione non impeditur Auditor camerae procedere ad executionem cameralem.
- 5 Obligatus in forma camerae non potest opponere declinatoria forti.
- 6 Quando allegatur aliquid quod offuscat hanc obligationem, non est locus illius executioni, sed potest appellari.
- 7 Inter forum capitulinum, & Auditorem camerae datur præventio in causis obligationis cameralis inter ciues.
- 8 Inter vicarium Domini Papæ, & Auditorem camerae datur præventio in dictis causis, quando agitur inter personas Romanas Ecclesiasticas.

Auditor Camerae an sit exequutor obligationis in forma Camerae privative quoad alios.

- 1 Auditor Camerae est index, & exequutor obligationis cameralis etiam privative quoad omnes

alios, ut hic per Galles, & tradunt Vestr. in praxi, lib. 2. c. 40. Marchef. de commiss. appell. à camerali obligatione, c. 16. n. 8. & 9. par. 1. in 2. editione Thesaur. decif. 26. num. 1. Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiscopi Neapolitana, c. 118. num. 1. & 2. Bors. cont. 392. n. 17. & sequente, lib. 4. Rota divers. deleg. 30. l. 3. parte 3. Vant. de nullitat. ex defect. iurisd. deleg. n. 13. versic. est etiam verus exequutor, & fuit dictum, in Romana fructuum dotis 31. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Litta, quæ est decif. 75. num. 1. & in Parm. datij 4. Iunij 1612. coram Reuerendissimo D. Cocchino Decano, quæ est decif. 1. num. 19. inhibetque A. C. omnibus alijs iudicibus ne in talibus causis se intromittant, vigore suorum privilegiorum, ut in constitutione sel. recor. Gregorij XIV. prima in ordine in Bullario num. 6. & in constitutione Pauli Quinti super reformatione edita, tit. de A. C. & tradit Marc. Anton. Genuen. in sua praxi, & hoc procedit etiam in guarantee, nam A. C. potest procedere ad executionem guarantee, privative quoad omnes, inhibendo vigore suarum facultatum, Rota in causa Romana attentatorum 4. Iunij 1601. coram bon. mem. Penia adeo, ut nec index delegatus etiam si sit Rota Auditor potest procedere executione vigore huius obligationis, nisi ei data sit facultas in rescripto, ut fuit decifum in Romana fructuum dotis 24. Maij 1599. coram bon. mem. Litta, quæ est decif. 73. in princ. & in eadem coram eodem 13. Ianuarij 1600. quæ est decif. 75. in princip. & disponitur in d. const. Gregorij XIV. impressa apud Tiber. fol. 516.

Idemque iudicium executionum factum coram A. C. pendente causa ordinaria in Rota non est attentatum, Lancellot. de Attent. inhibet. pendente, limit. 5. numero 3. cap. 20. & de attent. lite pendente, cap. 4. limit. 15. num. 8. Rota in Tarvisin. Simoniz 2. Martij 1596. coram bon. mem. Corduba quæ est decif. 43. num. 5. & procedit etiam non obstante quod causa esset commissa in Rota cum clausula, vna cum toto negotio principali, ut fuit decifum in Bononien. census, siue attentatorum 10. Decembris 1607. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Bononien. quæ est decif. 122. num. 5. ista enim obligatio non venit sub clausulis generalibus, ut dixit Rota in dicta Romana census, secus vero ubi data est facultas in commissione, immo sufficit, quod in prima commissione directa vni ex Auditoribus adsit clausula cum facultatibus A. C. quia censetur repetita in alia directa alteri Auditori, ut fuit decifum in Romana Pecuniaria de Crescentijs quarta Iulij 1612. coram R. P. D. Pamphilio, & licet contrarium, scilicet, quod tale iudicium sit attentandum decifum fuerit in causa Casaranguitana de Maella. 15. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio quæ est decif. 33. numer. 1. & seqq. ista decif. non videtur, quod possit subsistere, & cum fuisset allegata in eadem causa 31. Ianuarij 1603. coram Reuerendis. D. Decano, & in dict. Bononien. census, seu attentatorum 10. Decembris 1607. coram Reuerendis. Archiepisc. Bononien. quæ est decif. 122. nu. 8. Rota de illa dubitavit, & ordinavit quod videretur de bono iure, & predicta procedunt etiam non obstante inhibitione vigore commissionis emanatæ non facientis mentionem huius obligationis Mandos. de inhibet. quæst. 93. num. 1. & 2. Marchesan. de commiss. appellat. cap. 5. sub nu. 18. circa finem versic. licet A. C. p. 2. in 1. edit. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 9. numero 59. in Rota Perulina attentatorum 25. Maij 1609. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est decif. 87. numero 3. Rota divers. decif. 641. numero 11. versic. quod autem prima parte inde-

- 4 que commissæ causa nullitatis in Rota, & obtemperata inhibitione non propterea impeditur, A. C. quo minus

nus possit procedere ad executionem huius obligationis, vt post Gallef. infra de vi instrumenti obligationis camer. numero 26. Mandos. de inhibition. q. 49. num. 1. & procedunt hæc facultates A. C. non obstante absolute iuramento, quia per illam non impediuntur eius facultates procedendi ad executionem Cardin. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 4. sub nu. 7. & 8. Mohed. decif. 3. de except. Scacc. de iudicijs caus. ciuil. lib. 2. ca. 2. q. 4. casu primo, num. 130. versiculo tempera istam exceptionem. Anton. Corn. de absolut. a iuramento parte tertia, quæstione 10. intelligenda sunt tamen omnia prædicta procedere non facta mentione huius obligationis, secus vero si fuit facta mentio etiam incidenter, vt fuit decifum in dict. Perusina attentatorum 25. Maij 1609. coram Reuerendissimo P. D. Manzanedo, quæ est decifion. 87. numero 4. quibus priuilegijs, & facultatibus A. C. stantibus, vt possit procedere ad executionem huius obligationis priuatim quo ad omnes alios, non obstantibus quibuscumque priuilegijs non poterit opponi ad declinandum eius forum de Priuilegio leg. vnica. C. quando Imperat. inter Pupil. & vide Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiscop. Neapolitan. capitul. 117. numero 3. & in hoc est decifio, seu potius discursus in vna Bononien. obligationis camer. de Campegijs 12. Maij 1594. coram bonæ memor. Robulterio ab eo facta tanquam referendario, quæ est decifion. 93. numero secundo, & hoc locum habebit etiam in clericis, quia neque ipsi valent declinare forum A. C. stante hac obligatione Marc. Anton. Genuen. in dicto capitulo 117. numero primo, & 2. & in dict. Bononien. obligationis cameralis, intellige tamen istas facultates A. C. procedere quando obligatio cameralis est clara, secus quando adest probabilis dubitatio an ei locus sit, vt fuit decifum in dict. Cæsarangulan. de Maella 15. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, quæ est decifio 33. numero 4. est enim vulgatum, quod quando allegatur aliquid quod offuscaret aliquo modo hanc obligationem, non esset locus illius executionis, sed posset appellari. Ruginell. de appellation. §. 2. capitulo 3. verbo cameralis obligatio numero 156. & seq. & alios allegat Tiber. in prax. libro primo, capitulo 39. numero 3. vers. secus quando, est tamen aduertendum quod si illud quod allegaretur, respectet tantum, esset suspensenda executio Ruginell. post alios vbi proximè num. 138. versic. quæ etiam, & hæc multo facilius procedunt stante inhibitione Rotali, tunc enim A. C. non debet se introumittere in tali causa, etiam si adesset dubium, an sit facta mentio, vel non obligationis cameralis, ne aperiatur via disputandi de validitate, vel de inualiditate inhibitionis, & ideo iusta, vel iniusta sit inhibitiō debet timeri, quia in curia facilis est aditus ad Principem, vt latius fuit decifum in dict. Perusina attentatorum 25. Maij 1609. coram R. P. D. Manzanedo quæ est decifio 87. numero 6. secundo intellige dictas facultates non procedere, & non præiudicare foro Capitolino, quia inter forum Capitolinum, & A. C. datur præuentio in causis obligationis Cameralis inter ciues, & incolas ex dispositione statutor. capitulo 41. libro primo, & disponitur in constitutione Gregorij XIV. in ordine prima in Bullario, & nouissima Pauli V. nuper super reformatione edit. a titul. de A. C. Vestr. in prax. libro secundo, capitulo 4. de A. C. numero 3. & de Stylo testatur Tiber. in praxi libro secundo, capitulo 12. numero 8. Tertio intellige non procedere quando ageretur coram Vicario 8 Papæ, quia inter ipsum, & A. C. datur præuentio inter personas Ecclesiasticas Romanas, quando agitur vigore huius obligationis ita disponente constitutione Pij Quinti incipien. confidentes 21. in ordine Aloys. Ricc. Praxis. Pars I II.

Tiber. in prax. libro primo, capitulo quinto, numero primo, quarto intellige non procedere in Prouincia Marchia, in qua adiunt particulares constitutiones dantes executionem paratam huic nostræ obligationi M. Anton. de Amatis decifion. 91. numero 25. Marius Anton. variarum resolution. lib. 2. resolut. 32. n. 19. seruato tamen modo tradito per dict. m. constitutionem, vt per prædictos, vbi proximè, & inde oriretur, quod cum constitutiones Marchia fuerint extensæ vt habeant locum in toto statu Ecclesiastico per constitutionem Pauli Tertij. Scacc. post alios de appellat. libro tertio, cap. 2. quæst. 17. limit. 6. num. 9. Rota in Perusina fideiussionis de Alexijs 26. Nouem. 1611. coram R. P. D. Pamphilio vigore huius obligationis possit procedi executiue ad omnibus in toto Senato Ecclesiastico, sed hoc non credo verum stantibus derogatorijs amplissimis in prædictis facultatibus, quibus videtur fuisse omnibus in contrarium facientibus derogatum.

RESOLVT. CCXLVIII.

- 1 Per obligationem in forma camera censetur renunciatur omnibus exceptionibus extrinsecis a contractu.
- 2 Exceptio solutionis potest opponi contra obligationem cameralis.
- 3 Exceptio solutionis contra obligationem cameralis debet esse clara, & non turbida, & opponi ante sententiam.
- 4 Solutio præsumitur facta in causam diuorem, id est obligationem cameralis.
- 5 Si plures adiunt obligationes cameralis, diuor dicitur illa, in qua præter obligationem cameralis currimus fructus.
- 6 Contra obligationem cameralis admittitur exceptio falsitatis.
- 7 Admittitur etiam exceptio nouæ conventionis, quæ debet probari in continenti.

Exceptio rei non tradite an impediatur executionem obligationis Cameralis.

- 1 Per obligationem in forma Camera censetur renunciatur omnibus exceptionibus Turret. consil. 90. numero 11. versiculo secundo respondetur vol. primo. Put. decifion. 244. num. 6. lib. 3. in nou. impress. Cæl. de Grasis. decif. 148. alias 3. de resolut. num. 14. præsertim reijcit hæc obligatio omnes exceptiones extrinsecas a contractu. Rota in Terracinen. executionis 18. Aprilis 1611. coram Reuerendiss. D. Decano Coccino, & in Parmen. Datij 4. Iunij 1612. coram eodem, ideoque regulariter contra illam non admittuntur nisi istæ tres exceptiones, de quibus hic per Gallef. & tradunt Boccac. de Censibus par. 2. nu. 128. Puteus decif. 382. libro 3. in nouis impressionibus. Marefc. variarum resolut. libro 2. cap. 121. num. 33. & sepius dixit Rota, vt in Romana Censu 3. Octobris 1599. coram Illustriss. Cardin. Lancellotto Romana Censu 27. Iannarij 1603. coram Reuerendissimo Damasceno, & in Bononien. Apocarum. 27. Maij 1611. coram Reuerendissimo P. D. Valdo. quæ est decif. 82. numero 2. Iste autem tres exceptiones, quæ regulariter admittuntur contra hanc obligationem sunt exceptio solutionis post Turret. Card. de Grasis. de exceptio 27. except. numero secundo Menoch. de præsumpt. libro secundo præsumpt. 48. num. 33. vers. quo circa Seraph. decif. 814. num. 1. debet tamen ista exceptio solutionis opponi ante sententiam Seraph. decif. 84. numero 2. & debet esse clara, & non turbida ad hunc effectum Rota in Romana Vineæ. 1. Februarij 1602. coram Illustriss. Melino, quæ est decif. 51. numero 8. & est aduertendum, quod quando adesset dubium inquam causam sit

K 3 facta

- 4 facta solutio presumetur facta in causam duriorem, & causa durius dicitur, quæ habet obligationem cameralem: Seraph. decis. 1454. num. 2. Paris. consil. 122. num. 12. lib. 4. & fuit dictum in causa Anconitana Pecuniaria 27. Iunij 1590. coram bonæ mem. Cardin. Pamphilio, & in Sutrina Censu 21. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio, Rota diuersorum decis. 82. sub num. 1. par. 1. etenim in tantum dura est causa, in qua adest obligatio Cameral. quod contra beneficiatum agentem conditione indebiti contra pensionarium pensione nulla declarata, apponi non potest quod sponte soluit, stante obligat. camer. cum susceptione censurarum Rota in causa Claramonten. Pensionis 9. Maij 1575. coram fel. rec. Clement. VIII. quæ est decis. 15. n. 6. & si plures adestent obligationes
- 5 cam. durior diceretur illa, in qua præter obligationem cameralem currunt fructus Seraphin. dict. decis. 1454. n. 2. item admittitur falsitatis exceptio Verrall. decis. 256. par. 2. requiritur tamen quod ista falsitatis exceptio ad hoc, vt impediatur sit euident, vt dixit Rota in Romana Censu de Pirouanis 8. Aprilis 1598. coram bon. mem. Orano, quæ est decis. 110. n. 3. &
- 7 quod exceptio nonæ conventionis admittatur contra hanc obligationem, dixit Rota in Romana Palatij 12. Nouemb. 1610. coram Reuerendis, D. Sacrato, quæ est decis. 89. nu. 3. iste autem exceptiones debent incontinenti probari, alias nec istæ admittuntur ad retardandam hanc executionem Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 12. limit. 9. num. 52. & de except. solutionis fuit dictum in Romana trium Millium 27. Febr. 1577. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, quæ est decis. 92. nu. 2. & tradit Mar. Anton. variat. resolut. lib. 2. resolut. 96. n. 11.

RESOLVT. CCXLIX.

- 1 Depositum per cedulam Bancariam in manibus iudicis, habet vim solutionis.
- 2 Depositum debet esse integrum, & purum.
- 3 Administrator quando est creditor illius, cuius bona administrat presumitur sibi satisfecisse.
- 4 Exceptio præsumptæ satisfactionis est admittenda, quando non constat tot pecunias peruenisse ad manus administratoris, vt ex illis posset presumi satisfactio.
- 5 Liberatio legata non potest opponi contra dictam obligationem quando requirit altioris indaginem.

An exceptio non integri depositi impediatur executionem obligationis in forma cameræ.

Quod alias dictum est non posse opponi exceptionem solutionis contra obligationem cameralem, limitatur vbi depositum esset factum per cedulam Bancariam in manibus Iudicis, quod vim solutionis habet Put. decis. 163. lib. 1. & fuit dictum in Romana Saluiani interdicti 20. Nouembis 1598. coram bon. mem. Gypio, & de tylo tribunalis A. C. a Rot. approbato non habet difficultatem Mohed. dec. 6. in princip. versic. sed fuit dictum de exceptione, & propterea illud esse admittendum ad retardandam executionem obligationis Cam. dixit Rota diuers. dec. 821. num. 1. & 2. par. 3. lib. 3. quæ est ead. cum decis. Mohed. 6. de except. aduertendum tamen est, quod in casu prædictarum decisionum vltra qualitates personarum, & absolutionem a iuramento, quo concurrerant scilicet quod depositum erat actuale, & exceptiones fuerunt probatæ incontinenti, & propterea prædictis non concurrentibus non esse admittendam, fuit dictum in Bononien. executionis instrumeti 27. Iunij 1603. coram Reueren. D. Attrebaten. quæ est decis. 32. num. 14. & etiam in casu, in quo admittitur depositum debet esse integrum, & purum, vt fuit deci-

sum in Romana Pecuniaria 5. Maij 1610. coram Reuerend. P. D. Pirouano, sed dicendum in exceptione præsumptæ satisfactionis, vt puta administrator quando est creditor illius, cuius bona administrat, præsumitur sibi satis fecisse Afflict. decis. 13. n. 16. & 18. Surdus consil. 290. num. 33. lib. 2. Pedroc. conf. 3. n. 82. & sequenti. Rota in vna Perusina executionis 27. Maij 1596. coram bonæ mem. Penia, an inquam hæc exceptio præsumptæ satisfactionis sit admittenda contra hanc obligationem, & pro parte affirmatiua tenet Gratian. decis. Marchia 19. per totam, & præfertim num. 9. & 10. & discept. Forens. cap. 129. nu. 37. par. 1. Rota in Romana Vineæ 14. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio, quæ est decis. 13. numero 7. sed pro contraria parte Marciot. variarum resolut. lib. 2. cap. 121. num. 69. & fuit resolutum in causa Romana Tutelæ 17. Februarij 1603. coram bon. mem. Cardin. Seraphin. quæ est decis. 26. num. 1. & ista est vera quando non constat tot pecunias peruenisse ad manus administratoris, vt ex illis posset presumi satisfactio, vt declarat Rota in dicta Romana Tutelæ, & in istis terminis loquitur Gratian. dicta decis. 179. & disceptat. Forens. dicto cap. 124. num. 41. sed cessat exceptio, & propter illam executio huius obligationis non retardatur, quando ex relatione periti de consensu partium electi constat administratorem remanere debitorem in aliqua certa summa, quam ipse offert soluere, in reliquis non retardatur executio Rota in dicta Romana Vineæ 14. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio, quæ est decis. 13. num. 8. liberatio legata quoque videtur vim solutionis habere, sed an illa retardet executionem obligationis nostræ, & pro parte negatiua, quando requirit altioris indaginem fuit dictum in Romana censuum 30. Ianuarij 1606. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Bononien. quæ est decisio. 108. num. secundo, sed quid dicendum si creditor acceptaret legatum sibi factum, in quo testator disposuit comprehendere etiam suum creditum, an ex tali exceptione sibi præiudicauerit, adeo vt illi agenti ex hac obligatione obstat ista exceptio, & pro parte affirmatiua ex eo quod ex ista exceptione legati non solum resultat exceptio solutionis, verum etiam quierationis ad effectum impediendi hanc executionem, fuit resolutum in Romana census, seu donationis propter nuptias 16. Nouembris 1594. coram bon. mem. Litta, quæ est decis. 71. num. 5. sed quid si debitor opponeret alias solutæ indebitum an hoc impediatur executionem obligationis Cam. & pro parte negatiua, quod tali casu debeat prius soluere, & postea repetere fuit dictum in Romana Vfurariæ prauitatis 4. Iunij 1597. coram Peregrino, versic. 10. conuentio in fine, quæ est decis. 126.

RESOLVT. CCL.

- 1 Exceptio non adimplementi admittitur ad retardandam executionem huius obligationis.
- 2 Opponens exceptionem non adimplementi nihil tenetur probare, sed ad hoc obligatur aduersarius.
- 3 Agens ex instrumento quarentigato exempto, non obtinet, nisi doceat soluisse.
- 4 Actio non implementi potest opponi, etiam in executione sententiæ.
- 5 Sufficit quod aliquid sit semel impletum, licet impletum non duret.

An exceptio non adimplementi impediatur executionem obligationis in forma Cameræ.

- 1 Sta exceptio non implementi admittitur ad retardandam executionem huius obligationis. Turr. consil. 74. n.

74. num. 38. Gratian. discept. forens. cap. 273. n. 19. par. 2. Caltracan. de societ. offic. cap. 69. num. 3. Pacifici de Saluian. interdict. in specul. 2. cap. 2. n. 269. vers. quod procedit, & inspect. 3. cap. 1. num. 100. ubi usque ad finem ampliat, & limitat. Marefcot. variarum resolution. lib. 2. cap. 121. num. 92. Rota in Romana executionis 2. Aprilis 1593. coram bon. mem. Orano. Afulana pecuniaria 13. Martij 1606. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, quæ est Dec. 14. num. 2. Romana pretij Vineæ 27. Iunij 1600. coram Reuerendis. D. Lugdun. quæ est decif. 81. num. 4. & 5. Romana de Gabriellis 19. Iunij 1595. coram bon. mem. Orano, quæ est dec. 116. in princip. & in Recanat. Predij 29. Maij 1600. coram bon. mem. Episcopo Pacen. quæ est decif. 107. num. 1. & in Parmen. Datij 27. Iunij 1612. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, quæ est decif. 113. num. 15. in fine, & tali casu inhibendum est creditorne molestet debitorem, vt post Rot. & alios tradit Gratian. discept. forens. cap. 273. num. 20. Rot. in dicta causa Parmen. Datij, & opponens istam exceptionem in terminis, de quibus loquimur, nihil probare tenetur, sed aduersarius probare debet adimpleuisse, Turrec. conf. 74. n. 30. ideo agens ex instrumento guaranteegiato exempto non obtinebit, nisi doceat soluisse precium Petr. Nunn. de Auend. ad l. 4. & 5. lib. 3. Ordin. regal. tit. de las exceptiones num. 28. versic. ideoque agens, & potest opponi etiam in executione, & sic post sententiam, vel mandatum relaxatum, licet ex aduerso posset offerri implementum; Rota in Romana precij fundaci 1. Iunij 1607. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est decif. 145. num. 6. & si talis exceptio rejiciatur admittitur appellatio Ruginell. de appell. §. 2. cap. 3. verb. Cam. obligat. num. 143. ista autem exceptio ad hoc vt impediatur executionem, requiritur quod aut sit clara, aut de illa constet per tres sententias conformes, Rota in Romana affictus, seu damnorum 2. Aprilis 1593. coram bon. mem. Card. Mantica, quæ est decif. 146. num. 8. secundo requiritur, quod de illa opponatur, alias tenet Iudicium, vt fuit dictum in dicta Romana pretij fundaci 1. Iun. 1607. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est decif. 145. num. 4. potest tamen per Iudicem suppleri, vt in dict. Romana pretij; fundaci considerare autem oportet cui nam partium onus fuerit iniunctum primo pro parte sua adimplendi, nam iste ordo est seruandus Rota in Maceraten. Grani 9. Iunij 1593. coram bon. mem. Orano, quæ est decif. 139. num. 3. & sufficit in terminis, de quibus loquimur quod semel fuerit impletum, licet impletum non duret, vt fuit decifum in Romana pecuniaria 18. Iun. 1607. coram bon. mem. Penia, quæ est decif. 64. num. 3. ad quæ omnia vide latissime Marefcot. variarum resolution. lib. 2. cap. 121. a num. 92. & sequenti, ubi habes multa circa hanc exceptionem.

RESOLVT. CCLII.

- 1 Obligatus in forma camere non admittitur ad cessionem bonorum, nisi ex gratia speciali, confitio de paupertate.
- 2 Clericus, qui se obligauit in forma Camere ad solutionem pensionis, non admittitur ad capitulum Odoardus, sed potius debet dimittere beneficium.
- 3 Obligatio in forma camere continet promissionem de non impetrando, moratorium, saluum conductum, inhibitionem, priuilegium, vel gratiam.

Obligatus in forma camere non admittitur ad beneficium, cap. Odoardus.

- 1 Obligatus in forma camere non admittitur ad cessionem bonorum, Io. Franc. Leo in Thes. fori Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

Ecclesiast. par. 1. tit. de priuileg. cler. cap. 11. sub n. 16. sicut etiam vinculo huius obligationis allicto non competit beneficium, c. Odoardus de solut. Io. Franc. Leo ubi proxim. ubi tali casu dicit non admitti, nisi ex gratia speciali, quæ per signaturam gratia expeditur confitio summarie de paupertate Marchef. de commiss. sequi. cap. 3. sub n. 22. vers. & eo maxime, & n. 15. sequent. parte 1. in prima editione, quod non videtur habere difficultatem in clerico, qui se obligauit sub hac forma ad solutionem pensionis Marchef. ubi mox num. 22. versic. & eo max. ubi quod tunc debet potius dimittere beneficium, quod accepit post Gomez. in compendio vtriusque signat. col. fin. vers. est tamen. Marefcot. variarum resolutionum lib. primo, capitul. 19. numer. 18. Couarr. variarum resolution. lib. 3. cap. 1. num. 9. sub vers. quoties vero vers. vnde si quis consenserit, & ob id tali casu additur clausula sine retardatione Marchef. ubi supra, qua clausula non obstante, ubi pensio esset, vel nulla, vel excessiua nihilominus admittitur clericus ad beneficium, cap. Odoardus Couarr. dict. cap. 1. num. 9. vers. ex his ubi firmat, quod non obstante nostra obligatione admittatur, quem refert, & sequitur Anton. Genuen. in prax. Archiepiscop. Neapol. cap. 3. n. 13. & videtur de mente Ferret. confil. 254. num. 14. lib. 2. sed prima opinio videtur prior, adeo vt stante hac obligatione non concedatur dilatio Marchef. ubi supra cap. 2. numer. 18. ubi etiam ponit, quod stante consensu creditorum, & quid si non habentes camer. obligationem consentiunt, & illam habentes nolunt consentire; hæc enim obligatio continet promissionem de non impetrando aliquam Moratorium, saluum conductum, inhibitionem, significationem, Priuilegium, vel gratiam quamcumque, seu illis, aut illorum aliquo etiam motu proprio Principis concessio, vt, Marc. Anton. de Amatis. decif. 81. num. 80. Mandos. de inhibit. quæst. 49. sub numer. 2. versic. promittitque, tamen nullum fundamentum potest fieri in ista promissione, quia fuit addita per Galles. in sua formula, vt dicit Mandos. in dict. quæst. 49. & in dict. num. 2. vers. quam clausulam inuenit practicus predictus Anton. Mals. Galles. & sic in forma, qua vti-mur non adest, nec ista noua Gallesij fuit vsu recepta, vt supra notauimus habemus tamen in hoc constitutionem Greg. XIV. num. 26. disponentem, quod quæuis constit. quæ Odoardus, & peruenit incipiunt, & quæuis alternativa, seu moratoria, & dilationes per quoscunque decreta obligatis in forma camer. nullatenus prosint quinimo obligatio hæc debite executioni demandetur.

RESOLVT. CCLII.

- 1 Exceptio compensationis non admittitur, ubi agitur vigore huius obligationis.
- 2 Si exceptio remissionis sit probata ante petitionem executionis, potest opponi.
- 3 Admittitur exceptio compensationis, quando debitum, cuius causa petitur, est priuilegiatum.
- 4 Admittitur etiam dicta exceptio quando suadet æquitas.
- 5 Potest opponi exceptio compensationis, quando debitum cuius opponeretur compensatio esset contractum post huiusmodi obligationem.

Exceptio compensationis, an impediatur executionem huius obligationis.

- 1 Regulariter compensationis exceptio non admittitur, ubi agitur vigore huius obligationis, vt tradunt post Galles. hic Marchef. de commiss. appell. a camerali obligatione par. 1. cap. 16. num. 106. & L 4 sequent.

sequent. Lancellot. de attent. 3. par. cap. 24. quæst. 28. n. 3. tit. de reo. & except. contra attentata ubi de comuni Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. n. 36. Mar. Ant. variarum resolut. lib. 2. resolut. 36. n. 6. Gratian. disceptation. Forens. cap. 129. num. 18. Sarm. select. sent. lib. 2. cap. 12. n. 13. ista enim exceptio requirit altiore indaginem Rot. diuers. decis. 627. n. 3. part. 1. & res difficultate caret ubi compensatio apponeretur a fideiussore astricto vinculo huius obligationis de eo quod creditor debet principali debitori, quia quo ad hoc est tertius, fuit decum in causa Pistorien. depositi 10. Octobr. 1561. coram Rubeo, eademque ratione qua non admittitur compensatio remissionis, affectus fuit pluries decum, & signanter in causa Romana responsionis Cafalis 15. Ianuarij 1595. coram bon. memor. Corduba quæ est decis. 42. num. 2. & in Romana affectus 30. Martij 1612. coram R. P. D. Pirouano, quæ est decis. 11. num. 25. Mancin. de Iurament. p. 4. effectus 228. num. 16. & hoc maxime procedit ubi illi fuisset renunciarum cum hac obligatione in Rot. Romana affectus 8. Februarij 1593. coram bon. mem. Gypso quæ est decis. 151. num. 12. hæc tamen regula de non admittenda exceptione remissionis stante hac obligatione procedit regulariter scilicet quando ante petitam executionem non fuisset probata causa remissionis, ut puta incurfus Bannitorum, & damna per eos illata; secus vero quando est probata, tunc enim cum non requirit altiore indaginem nullo iure cauetur, quin faciat cessare omnem virtutem obligationis cameralis, ut fuit dictum in Romana remissionis affectus 19. Octobris 1589. coram bon. mem. Robusterio, quæ est decis. 105. n. 7. sed redeundo ad ipsam compensationis exceptionem, non mirum est si non admittatur stante hac obligatione, quia nec admittitur stante Iuramento Seraph. de priuileg. Iuramenti priuileg. 14. sub. n. 36. & pluribus sequent. usque ad num. 100. disputat, & licet pro contraria parte plures referat sub dict. num. 100. tamen in hac residet num. 129. Cacher. decis. Pedemon. 92. per totam Mancin. de Iur. p. 4. effectus 36. n. 1. Carol. de Grals. de except. 16. except. num. 19. vers. supradictas tamen ubi de vetiori, & communi Cæsar. de Grals. decis. 148. alias 3. de solut. num. 16. Marefcot. variarum resolut. lib. 2. cap. 12. sub num. 53. vers. & hanc opinionem.

Sed contrarium; quod exceptio compensationis admittatur contra obligationem Cameralem post alios, quos allegat tradit Carol. de Grals. dict. except. 16. n. 1. ubi quoque dicit quod admittitur non obstante statuto reiiciente omnes exceptiones.

Verum opinio negatiua limitatur, ut non procedat quando debitum, cuius opponeretur compensatio esset pariter priuilegiatum, quia tunc debet admitti, & propterea si hæres creditor legatarii contra illum agat vigore huius obligationis, legatarius potest excipere de legato, pro quo competit etiam via executiua, ut fuit decum in Romana Palatij 12. Nouembris 1610. coram Reuerendissimo Domino Damasceno, quæ est decis. 89. num. 4. ubi fuit etiam decum, quod admittitur etiam exceptio rei iudicata, cum habeat idem priuilegium, limita, & intellige secundo dictam opinionem negatiuam, ut non procedat stante æquitate, ut si debitor esset pauper, vel grauatus onere filiorum, ut hic per Gallef. & post eum tradunt Anton. Corn. de absolut. a Iurament. part. 3. quæst. 5. num. 282. & par. 4. casu 16. num. 13. Gratian. discept. Forens. cap. 129. num. 19. & decis. Marchia 179. num. 11. Marchef. de commiss. appell. a camer. oblig. cap. 16. num. 167. in 2. editione. Mancin. de Iurament. p. 4. effect. 30. numer. 3. quam equitatem amplexi fuerunt in suis terminis Cacher. decis. Pedemontan. 92. num. 35. vers. non omitt. Sc-

raphin. d. priuileg. 74. num. 142. & plurimos allegat. Carol. de Grals. de except. dict. exception. 16. num. 24. idque reliquendum esse iudicis arbitrio qui pensatis circumstantiis, & statu personarum compensationem admittendam esse iudicare posset post Gallef. Anton. Corn. de absolut. a Iurament. dict. par. 4. casu 26. numero 13. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 36. Limita tertio, ut non procedat quando debitum cuius opponeretur compensatio esset contractum post huiusmodi obligationem, ut post Gallef. Gratian. dict. decis. 179. numer. 11. & discept. forens. cap. 129. num. 19. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 248. Anton. Corn. dict. cap. 16. num. 24. Carol. de Grals. dict. except. 16. num. 22. Mancin. de Iuram. par. 4. effect. 30. numer. 2. Marefcot. variarum resolut. lib. 2. cap. 121. num. 54. & rationem assignat Seraph. ubi supra dict. priuileg. 74. num. 130. & in his casibus intellige procedere contrariam opinionem, de qua supra.

RESOLVT. CCLIII.

- 1 Exceptio non numeratæ pecunie admittitur contra obligationem in forma Camere.
- 2 Non potest opponi dicta exceptio, etiam obtenta absolutione a iuramento.
- 3 Opponens exceptionem non numeratæ pecunie, si ad illam admissus probauit, tunc potest opponi.

Exceptio non numeratæ pecunie, an admittatur contra obligatum in forma Camere.

Respondetur quod non, ut per plures decisiones comprobatur Mancin. de Iurament. par. 4. effect. 155. numer. 6. Cæf. de Grals. decis. 3. numer. 1. de fideiussor. & licet hæc exceptio sit omnino probanda per illam allegantem, stante hac obligatione, quicquid secus esset alias Mohed. decis. 1. de except. Anton. August. in epitome verbo obligatio camer. vers. excipiens Cæsar. de Grals. dec. 2. numer. 2. de fideiuss. Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 4. sub num. 4. in fin. ubi etiam firmat, & pluribus, quod hæc exceptio stante obligatione camer. non admittitur, unde commissio præfixionis terminat ad probandum numerationem habenti obligationem camer. dicitur tollere Ius quæsitum Ant. Augusti. in Epitome verbo obligatio camer. vers. commissio. Non tamen admittuntur articuli ad illam probandam Tiber. in Prax. lib. 1. capitul. 14. sub num. 3. licet non deferatur iuramentum super tali exceptione, prout, nec super illis non competentibus contra hanc obligationem. Crescent. decis. 66. lib. 2. in manuscriptis inter impressas 4. de Iur. iur. Prædictaque regula de non admittenda hac exceptione non numeratæ pecunie stante obligatione camer. procedit etiam
2 obtenta absolutione a Iuramento Mohed. decis. 3. num. 2. de except. & plures decisiones allegat ad hoc Tiber. in prax. lib. 1. cap. 14. numer. 3. Mancin. de Iurament. par. 4. effect. 55. numer. 8. Bocacci. de Soc. offic. numer. 142. Rota diuers. decis. 787. per totam, & decis. 800. numer. 2. par. 3. lib. 3. Cæsar. de Grals. decis. 3. num. 1. de fideiuss. quod intellige procedere vigore facultatum A. C. secus de iure communi Mohed. decis. 3. dict. num. 3. de except. limita verò dictam regulam de non admittenda exceptione non numeratæ pecunie contra hanc obligationem, ut non
3 procedat quando opponens fuisset admissus, ad illam probandam, & probauit Rota diuersor. decis. 821. numer. tertio par. 3. quæst. 23. numero 75. post Gallef. quem allegat Tiber. in prax. d. c. 14. sub num. 3. vers. Immo & in executiuis difficultatem non habet quando incontinenti probatur factio depositi, si id suadet

suadet qualitas personatum Anton. Augult. in Epitom. verb. obligat. versic. excipiens.

P R A X I S P E R I U R I I.

R E S O L V T. C C L I V.

- 1 Periurium principalis in extrajudicialibus punitur si de tertij præiudicio agitur.
- 2 Periurium commissum in iuramento litis decisivo oblato à parte parti, non punitur.
- 3 Si constat de periurio prædicto litis decisivo, potest puniri periurus, & sententia rueret.
- 4 Post iuramentum litis decisivum nihil aliud queritur.
- 5 Non punitur periurium in iuramento calumniae, nisi constet de calumnia per confessiones iurantis, vel rei evidentiā.
- 5 Periurans in respondendo positionibus, non punitur, nisi constet de periurio, ut supra.

Periurium principalis an in extra iudicialibus puniatur, si de tertij præiudicio agitur.

- 1 R Espondetur affirmatiue, quod tamen limitatur multis modis.
- 2 Primo in periurio commissio in iuramento litis decisivo à parte parti oblato, nam nullatenus punitur, sed solum Deum habet ultorem, imputare enim pars sibi debet, postquam aduersarium fecit iudicem, l. i. ff. quarum rerum actio non datur, & iste est casus. Boer. in d. decis. 305. Phanucc. de in lit. iur. 5. membr. num. 2. quamvis de Boer. non meminerit. Clarus ex communi in eodem §. periurium in fine. Suarez in Thesauro recept. sent. litera P. num. 98. post Cagnol. in d. l. si quis maior. num. 126. C. de transact. Riminal. & ibi additio in litera D. conf. 556. n. 10. lib. 3.
- 3 Si verò de periurio tali per partis confessionem constaret, non solum sententia super eo fundata rueret, ac annullaretur, sed extra ordinem etiam iam periurans puniretur, ut ibi per Boerium in fine, & in qu. 306. Aymon. confil. 73. num. 37. iunctis per eum dictis supra num. 6. versic. postremo ubi etiam ampliatur si de periurio constaret ex actis. Marant. in Specul. versicul. defertur aliquando iuramentum in 6. actu num. 23. ex mente Afflicti, ubi per eum quod nota, nam regulariter dici solet, quod aduersus tale iuramentum, nihil aliud queritur, l. non erit §. dato ff. de iureiur. Cephal. conf. 65. num. 66. nec quod admittitur probatio, neque aliud propter quod retractari possit. Senatus Pedemontan. decis. 60. Actor. iuramentum num. 2. Vide tamen Villalob. in lib. commun. opin. versicul. iuramentum numero 153. ubi ex Couarr. mente hoc esse iudici arbitrium asseuerat, & Burfatt. confil. 123. num. 6. & limitationes per Enchir. conclus. verbo iuramentum, ibi præstito iuramento, licet contrarium sit verum quo ad iuramentum in litem, ut per Roland. à Vall. confil. 87. lib. 4. in quo admittitur quis ad probandum contrarium eius, quod fuit iuratum, ut ibi, & dixi supra num. 6. ubi habes 20. limitationes ad l. non erit §. dato ff. de iureiur. ut non procedat quando contrarium constaret per partis confessionem, vel ex actis, aut alias ut supra.
- 4 Fallit 2. in periurio ex iuramento calumniae incurse. Couarr. in 1. parte relect. cap. quamvis §. 7. num. 7. de pact. in sexto, ubi sublimitatur, nisi per ipsummet iurantem confessionem, aut per eundem probationem de calumnia constaret, qua de re vide Phanucc. in fine dicti eius tractatus de in lit. iur. num. 3. ubi distinguere conatur, & pro Couarr. faciunt, quæ dixi de periurio circa iuramentum in litem detecto; Fal-

lit tertio principalis conclusio in Periurante in respondendo positionibus, & articulis. Menoch. de arbitr. iudic. cal. 319. num. 16. quod similiter sub limita, nisi de eiusmodi periurio euidenter ut supra constaret, ut ibi per eum; subdens etiam quid iuris sit, quando de credulitate responsum fuit, post Felyn. in cap. i. num. 21. de lit. conte. Aym. conf. 203. num. 8. & pro istis sublimitationibus, quando scilicet de Periurijs præfatis per confessionem constare ultra Boer. dict. quæst. 405. in fine, & Guid. Papæ dict. confil. 29. in calce.

Contrarium tamen circa istam tertiam limitationem, quod scilicet periurus respondendo positionibus, & articulis extra ordinem puniatur, tenet Carauita in tit. 79. num. 7. & 8. & vide Riminal. conf. 591. & seq. lib. 3. ubi ampliatur procedere etiam si respondeat verbo credit, vel non credit.

R E S O L V T. C C L V.

- 1 Periurus est, qui promisit soluere in termino, & non soluit.
- 2 Stante pœna ab homine statuta, cessat pœna legis.
- 3 Impeditus soluere in termino, non est periurus, maxime si præcepto superioris impeditur.
- 4 Impeditus soluere ex mandato, siue prouisione legis non incurrit periurium.
- 5 Creditori excommunicato debitor non tenetur soluere.

An sit periurus, qui iurauit soluere in termino, & non soluit.

- 1 P Periurus est, qui soluere promittit in quodam termino, & non soluit, ut ex Federico de Senis in confil. 300. Ioann. de Imol. & Panormit. in cap. i. de iureiuran. voluit Matth. de Afflicti. in decis. Neapolit. 30. num. 5. in decis. 36. n. 2. Cappell. Thol. in decis. 402. incip. Item fuit quæsitum an sit periurus, notant Doctores in l. si quis maior C. de transact.
- 2 Primo intellige, quod si est facta promissio soluendi in tempore, & quod deficiens cadat à tali iure, tunc cessabit pœna legis, stante pœna ab homine statuta, post Augustin. Beroum in confil. 57. num. 5. vol. 3. voluit Hieronym. Magon. in decis. Florent. 96. num. 5. & 6.
- 3 Secundo intellige excusari debitorem à periurio, si non soluerit in termino, impeditus ex præcepto, & mandato iudicis, siue superioris, quod non solueret, argum. l. non videntur data, §. quod iussu, ff. de regul. iur. Iason. l. fin. ff. qui satisdar. cogant, & voluit Thomas Parpalia in l. si quis maior. num. 33. vers. sexto facit, C. de transact. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 285. num. 2. Ratione communi, quia in iuramento superioris excepta authoritas intelligitur cap. quemadmodum, ubi Panormit. de iureiuran. Anton. Fab. in Codic. Fabrian. lib. 4. tit. 19. definition. 2. num. 9. volum. 1.
- 4 Amplia etiam si mandatum, & præceptum iudicis fuerit iniustum, ut arg. notatorum per Bartolum in l. creditor, ff. de solut. voluit idem Parpal. in dict. l. si quis maior. num. 34. quos sequitur Gamma in d. decis. 285. num. 2.
- 5 Limitatur tamen, & subintelligitur non procedere si inhibito, siue præceptum factum fuisset à iudice temporali, quia hoc non obstante debitor non soluens periurus efficeretur, argum. cap. significauit, ubi Doct. de censibus, & voluit Cappella Tholof. decis. 402. incip. idem fuit quæsitum, an sit periurus.
- 6 Quod dictum procedit, quando iudex temporalis id sine causa fecisset, secus autem, si causa iusta, ut ibidem post Bartol. in l. fin. ff. qui satisdar. cog. voluit Anser. ad d. Cappell. Tholof. in d. decis. 402.

Tertio